

Tadwynus¹ successit Brithwaldo in archiepiscopatum Cantuariensem VIII. post beatum Augustinum. Consecratus est autem a Daniele Wintoniensi et Ingvaldo Londoniensi et Aldvino Lichefeldensi et Aldvulfo Rofensi antistitibus die decima mensis Iunii, dominica, vir religione et prudentia insignis, sacris quoque litteris nobiliter instructus. Qui² sedit annis III^{bus}; cui contulit pallium Gregorius papa LXXXIX. post Petrum. Hic obiit³ III^o Kl. Augusti.

Notelmus successit Tadwino in archiepiscopatum Cantuariensem IX. post beatum Augustinum. Hic fuit ecclesie Londoniensis presbiter; qui² sedit annis V^{que} et pallium⁴ suscepit a beato Gregorio papa LXXXIX. post Petrum et obiit⁵ XVI^o Kl. Novembris. Et memorandum, quod anno³ dominice incarnationis secundum ewangelium DCCLVI, secundum vero Dyonisium DCCXXXIII. venerabilis monachus et presbiter Beda VII^o⁶ Kl. Iunii circa horam decimam in magna mentis devocione spiritum emisit, et hoc cum decantaret istum versiculum: 'Gloria Patri et Filio'. At ubi pervenit ad illud: 'et Spiritui Sancto', spiritum suum non tantum Spiritui Sancto, sed et Patri et Filio cum gratiarum accione reddidit.

Cuthbertus⁵, qui erat episcopus quintus Herfordensis, successit Nothelmo in Cantuariensem archiepiscopatum; qui sedit XVII annis⁷. Hic est XI. a sancto Augustino. Hic accepit pallium a sancto Gregorio LXXXIX. papa post Petrum. Hic primus in ecclesia Cantuariensi sepultus est⁸.

Hic queri solet, quare omnes archiepiscopi ab Augustino usque ad Cuthbertum exclusive apud sanctum Augustinum fuerunt sepulti et hic primus in sua ecclesia Cantuariensi. Anno⁹ igitur dominice incarnationis DCCXLIII. apicem regni in Cantia tenente glorioso rege Eadberto,

1) Florentius a. 731 (S. 52). 2) Vgl. Gervasius (S. 344).

3) Florentius a. 734 (S. 53). 4) Eb. a. 736 (S. 54). 5) Eb. a. 741 (S. 54). 6) 'VIII.' eb. a. 734, 'VII. Kal. Iunii' ein Teil der Hss. von Cuthberts Brief über Bedas Tod (Plummer, Baedae Opera historica I, S. CLX Anm. 9; vgl. S. LXXIII Anm. 1), auf den (wohl mittelbar) auch der Schluss dieses Abschnittes zurückgeht (vgl. eb. S. CLXIV). 7) Vgl. Gervasius (S. 345). 8) Vgl. die Zusätze aus Canterbury zu den Annales Wintonienses a. 758 (Liebermann a. a. O. S. 61): 'Obit et Cuthbertus archiepiscopus VII. Kal. Novembris et in ecclesia sua sepultus est primus'. 9) Zur folgenden Erzählung vgl. die teilweise wörtlich übereinstimmenden Berichte von Gervasius (S. 344 f.), der Evidentiae ecclesiae Christi Cantuariensis (Twysden a. a. O. Sp. 2209 f.) und von Thorne c. 3, § 7. 8 (eb. Sp. 1772 ff.) und dazu oben S. 656.